Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

tendunt. Quam diu curiosus aliena considerat
peccata tam diu propria ignorat. ~~Noli te~~ quod si libere
dicitur quod si mores suos ad seipsum conversus aspi
ciat, non requirit quod in aliis reprehendat, sed
in seipso quod lugeat. hylarius. De malo a
lieno peccato os tuum non coinquinetur. tua
vicia et non aliena attende. de tua ergo
corruptione esto sollicitus de tua emendatio
ne et salute esto attentus. Quicquid non
pertinet ad te, noli inquirere. Qui in dubium
locuti homines non cures cognoscere. Noli con
siderare quod quisque dicat vel faciat, cu
ta curiositate. Omitte curam que ad causam
tuam non spectat. Curiositas periculosa pre
sumptio est. Multi aliorum discernunt mala
sua non aspiciunt, et cum ipsi maioribus criminibus
teneantur obnoxii, peccata minima fratribus non
dimittunt. Facilius vicia quam virtutes
in quoque alter dimus non quid boni quis gesserit
perscrutamur. Ille autem condempnatur qui
ad usus innocentem falsum dicit testimonium
vel dicentibus consentit. De mansuetudine

Omnis mei eius. Discite lxvi. Cap
a me quia mitis sum et humilis corde.
Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. paulus. Corripite in
quietos, consolamini pusillanimes. Omnes
ostendentes mansuetudinem. Maiores deus
non diligit. mansuetis autem dat gratiam.
Homo litigiosus et temerarius in verbo odibi
lis est. salomon. In mansuetudine opera tua
perfice et super omnem gloriam diligeris. ~~Ihesus filius~~
~~Syrach~~ ~~Leuitas super caput laudatur~~. Le
vis homo instabilis est in omnibus operibus suis.
In vitis patrum. Mansuetum diligit deus
turbulentum autem repellit a se. Quanto
quis in leuitate et pacientia cordis fuerit, tan
to in cordis pietate proficit. Bestiarum feritatem
deus virtute mansuescat, humana vero rabi
es non ferarum mitescat exemplo. lxvii.

Omnis mei eius. De rectoribus et iudicibus
Nolite iudicare ut non iudicemini.
In quo enim iudicio iudicaveritis iudicabimini. et in qua mensu
ra mensi fueritis remetietur vobis. Nolite
iudicare secundum faciem sed iustum iudicium
iudicate. Iusticia rectorum liberabit eos
et in insidiis suis capientur impii. Rex
iustus erigit terram et homo durus destruet
eam. salomon. Sicut iudex populi sic et
ministri eius et quales rectores civitatis sic
et inhabitantes. Non letificemur in laude Io
hominum nec vituperationes eorum expaues
camus. De place curans minas ho
minum non timeas. hylarius. Qui non
recte iudicat et premium in deremunera
tione expectat fraudem in deum perpetrat
quia iusticiam quam gratis impertiri debuit ac
ceptione pecunie vendidit. lxviii.

Omnis mei eius. De simplicitate.
Estote prudentes sicut serpentes
et simplices sicut columbe. Simplicitas iustorum Salo
diriget eos et supplantatio prauorum
supplantabit eos. Iusticia simpli
citas diriget viam suam et in impietate
sua corruet impius. Idem. Sancta sim
plicitas vel rusticitas solum se prodest
et quantum edificat ex vite merito ecclesiam
tantum nocet si destruentibus veritatem non
resistit. In illo dei non corporis cultus
sed vigor anime queritur. Fabrica spiritualis // quod carnis infirmitate fit fortior.
est fides firma in corde et galea sa
lutis in capite, signum crucis in fronte,
verbum veritatis in ore, voluntas bona
in mente, honestas in actione, sobrie
tas in consuetudine, dilectio dei in pectore
signato. hylarius. Castitas in ardo
re stabilitas in bonitate, humilitas
in prosperitate, tolerantia pene in tribula
tione, spes in creatore, amor vite et
perseverancia usque in fine fabrica
spiritualis est. Idem. Sit in sensu tuo sim
plicitas, in leuitate et sensu tuo ap
pareat gestus corporis signum est men
tis. corporis gestus animi proditor. In
cessus tuus oculos alienos non offen